



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

2. Dubitans, an expleverit viginti & unum annos, teneatur ne jejunare? Et facta debita diligentia si quis dubitat, an hodie sit dies jejunii, an teneatur jejunare? Idem dicendum est, quando quis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)



# TRACTATVS SEXTVS DE IEIVNIO.

## RESOLVTIO PRIMA.

*An pro obligatione Ieiunij vigesimus primus annus sit computandus de momento ad momentum?*

*Et dubitans, an expluerit vigesimum primum annum, facta sufficientia diligenter, sit ieiunio adstrictus? Ex p.1. tr.9 Ref.49.*

Sup. hoc inf. §.1.  
in Ref.5. §.2.  
cursum ad  
lit.4. & pro  
diffic. cōter-  
§. Deinde.



FIRMATIVAM sententiam docet Portu-  
rin Ref.5. §.2.  
in addit. ad dubia regul. verb. ieiun-  
n.1. & Sanchez de matr. tom.1. lib.2.  
disp.24. num.2. Vnde infert, quod si  
ta a lin.3. & aliquis ante punctum impletum exatatis ieiunium minime  
vers. Vide §. fregisset, tenetur postea illud seruare: quia transacto  
lib. huius Ref. eo puncto iam pracepto ieiunij obligatur, & alias po-  
tr.6. Ref.66.  
2. Sed contrariam sententiam nouissime docet alter  
Sanchez in suis Select. disp.5.4.num.4. qui praecptum  
ieiunij respicit totum diem integrum, ut individuum  
objectionem non enim praecepitur per mandatum ieiunij  
dimidium diei, vel quartam partem ieiunare; sed totum  
diem. Igitur qui exemptus fuerit a ieiunio per aliquam  
dies partem, totaliter liberatur illo die; cum praecptum  
huiusmodi, vel totum diem comprehendere debeat,  
vel nullam partem illius.

Sup. hoc in  
Ref. seq.

3. Notandum est etiam quod is, qui dubitat, an ex-  
pluerit vigesimum primum annum; facta sufficientia  
diligenter, ieiunio non est adstrictus; cum tunc non sit  
possessio pro pracepto ieiunij. Ita Sanchez, ubi  
supra.

## RESOL. II.

*Dubitans, an expluerit viginti & unum annos, teneatur  
ne ieiunare?*

*Et facta debita diligentia, se quis dubitet, an hodie sit  
dies ieiunij, an teneatur ieiunare?*

*Idem dicendum est, quando quis dubius est, an hodie sit  
dies festus, non enim teneatur ab operibus servilibus  
abstinere & Missam audire.*

*Et quid dicendum est, quando quis dubitet, an habeat  
legitimam exatem ad Ordines, vel beneficiis, vel ad  
alium actum requisitum? Ex p.4. tr.3. Ref.21.*

Sup. hoc in  
Ref. praec-  
rit. §.vlt.

§.1. N E gatinè respondeo cum Sancio in selectis dis-  
pat.43. num.6. Naldo in summa verb. dubium,  
n.m.2. Castro Pal. tom.1. disp.3. panell.8. num.7. Al-  
phonso de Leon de off. pot. si. confess. p.1. recollect.15.  
num.22. Layman lib.1. tract.1. cap.5. §.4. n.3. Fagundez  
prac.4. lib.1. cap.8. num.7. Sanchez de matr. tom.1.  
lib.1. disp.4. num.3. & aliis, ideo si quis facta debita  
diligentia dubius adhuc est an expluerit viginti &  
unum annos, non teneatur ad ieiunium, quia tunc non  
est possessio pro pracepto ieiunij, sed pro libertate il-  
lius dubitantis.

2. Vnde sequitur quod si facta debita diligentia  
quis dubitat an hodie sit dies ieiunij, non teneatur ieiun-  
io.

nare; & idem dicendum est, quando est dubius an ho-  
die sit dies festus, non enim teneatur ab operibus ser-  
vilibus abstinere, & Missam audire, quia in his casibus  
possessio stat pro libertate; vt recte obseruat Suarez  
de cens. disp.40. sed.5. n.15. & alij.

3. Contrarium tamen dicendum est quando quis  
dubitans, an habeat legitimam exatem ad Ordines vel  
beneficia, vel ad alium actum requisitum, tunc enim  
possessio est pro pracepto, & idea illud seruandum  
est, donec constet de exate. Ita DD. citati, & prae-  
cipue Ioan. Sanchez n.7. Semper enim exat exat  
praeceptum negariorum non assumendi Ordines ante exatem;  
cum vero volens suscipere Ordines rato tempore in-  
tecedente dubitationem, habuerit ius certum ad non  
suscipiendo Ordines, hoc ius certum vincere non debet  
a iure dubio superueniente.

## RESOL. III.

*Quid facere debet dubitans an teneatur ad ieiunium?  
An in tali casu teneatur ad Superiorum re-  
currere?*

*Et quid est agendum, si Prelatus dubitet de sufficientia  
cause pro dispensatione in ieiunio, aut indicet eam mi-  
nis sufficientem; an teneatur ieiunium in alia opera  
pia commutare?*

*Et an quando Prelatus potest circa ieiunia subditorum di-  
pensare; posset etiam circa sua?*

*Idem etiam procedit in casibus referuntis.*

*Et quantum ad ieiunia ex voto, an possit Confessorius ex-  
tate Cruciae illa commutare; sicut ieiunia a Confesse-  
rio imposta quilibet alius Confessorius? Ex p.1. tr.9.  
Ref.3.*

§.1. In tali casu debet recurrere ad Superiorum pro  
dispensatione, qui non debet esse nimil leu-  
pulosus, & ambiguus, remittens id potentium subdi-  
torum conscientiam; nam ad ipsos spectat tunc dispen-  
sare; quando enim causa est dubia, tunc dispensando  
iustitia efficiunt. Ita Caietanus in 2.2.9.147. art.4.  
Fillilius tom.1. tract.27.p.2. cap.6. num.29. Ortiz  
summa cap.19. mand.2. num.15. Graffius part.1.lib.1. art.3.  
num.57. Villalobos in summa, tom.1. tract.13. dis-  
pens.22. Ledesma in summa, tom.2. tract.7. cap.1. concl.5.  
& alij.

2. Notandum est etiam cum Ioan. de la Cruz in de-  
rect. conscient. part.1. praecpt.3. art.4. dub.9. concl.5. quod si  
Prelatus dubitet de sufficientia causa, aut judicet  
minis sufficientem, tunc debet ieiunium in alia opes  
pia commutare. Et sicut supradicta potest circa ieiunia  
subditorum, poterit circa sua: quia non debet esse pe-  
rioris conditionis, quam subdit: quod etiam procedit  
in casibus referuntis. Ita Sanchez de matr. tom.3. lib.8.  
disp.3. num.9. Azor. p.4. lib.7. cap.29. quod 7. & Villa-  
lobos ubi supra, qui citat Sylvestrum, Caietanum,  
& Sotum.

3. Sed haec omnia procedunt in ieiuniis à iure com-  
muni indicatis; nam ieiunia ex voto potest Confessorius Sp.  
virtute